

rit, mœsticiæ itidem & melancholiæ
medetur.

Sic Christus Deus & homo, suo li-
uore, passione & resurrectione, om-
nes nos ex desperatione, velut ex syn-
cope ac deliquio animi eripuit. De
quo admirando Dei beneficio, cum
hoc tempore sit cogitandum, paucis
Ecclesiæ statum depingam in histo-
ria Succini, vt ostendam verum Physi-
ces studium, nihil esse aliud, quàm do-
ctrinam de Deo. In Succini enim alle-
goria series & ordo omnium earum
rerum, quæ in Ecclesia accidunt, no-
bis depingitur. Et, vt de lapsu ac resti-
tutione humani generis primû dicã,
tristissima est historia, vt & verissi-
ma, de lapsu primorum parêtum: qui
cum conditi fuissent ad imaginẽ Dei,
quæ in ipsorum mentibus, veluti viua
effigies expressa fuit, & tanquam ar-
tificiosissima pictura omnibus nume-
ris absoluta, recedût ab ista perfectio-
ne, & labuntur non tantum in sordes